

wie bei *T. Pinch.* Ein Punkt bedarf noch der Erwähnung, nämlich die Lage der Nasenbeingruben; diese sind, wie wir oben sahen, bei *T. Ind.* vollständig auf die Nasenbeine beschränkt, bei den anderen lebenden Arten liegen sie nur noch zum Theil auf denselben; bei *T. Bairdii* sind sie nach hinten und aussen gerückt, bei *T. Am.* und *Pinch.* ein wenig nach hinten und sehr weit nach aussen. Bei *T. Hung.* liegen sie zum grossen Theil auf den Nasenbeinen, öffnen sich mit breiter Furchenach der äusseren Seite und scheinen sich noch etwas auf die frontalia herabzuziehen. In diesem Punkte bildet also *T. Hung.* einen Uebergang zwischen *T. Ind.* und den anderen lebenden Arten. Wir sahen, dass *T. Pinch.* die Art ist, welche sich am meisten von den lebenden Arten den europäischen fossilen Arten anschliesst, dass aber diese fossilen Arten auch einige Uebergänge von *T. Pinch.* zu *T. Ind.* zeigen. Aus all diesem können wir schliessen, dass die Tapirfamilie sich zu ziemlich früher Zeit in zwei Gruppen theilte, in solche mit sehr breiter crista und solche mit sehr schmaler crista (dieser Charakter ist vielleicht nicht ganz stichhaltig); die Nasenbeingruben waren bei jenen vollständig auf die nasalia beschränkt, bei diesen lagen sie zum Theil auch auf den frontalia. Der einzige lebende Repräsentant der ersten Gruppe ist *T. Ind.*; die in den Siwalikthälern gefundenen Tapirreste gehören wahrscheinlich auch hieher; zur letzteren Gruppe gehören die europäischen fossilen Tapire (und nordasiatischen) und die amerikanischen lebenden und fossilen; nach Amerika kam der Tapir erst in später Zeit, nämlich im späten Pliocän; in Amerika erst entwickelte sich die Form mit der hohen crista, neben ihr bestand aber die Form mit der niederen crista fort. In dem isolirten Central- und Südamerika, das noch andere früher weit verbreitete, jetzt fast überall ausgestorbene alterthümliche Thierformen beherbergt, erhielten sich auch die Vertreter der Tapirfamilie bis auf unsre Zeit, während sie an allen anderen Punkten, die sie früher bevölkert hatten, mit einziger Ausnahme von Malacca und den Sundainseln, der Concurrenz besser angepasster Formen unterlagen und ausstarben.

DE

## THEOPOMPI ET EPHORI

RERUM INDE AB OL. 92, 1

USQUE

AD OL. 96, 3 GESTARUM NARRATIONIBUS.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM ARGENTORATENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

DANIEL MICHEL

RAPOLTVILLENSIS

ARGENTORATI

EX TYPIS J. H. ED. HEITZ

1877

PARENTIBUS OPTIMIS.

Priusquam singulas nostræ perquisitionis partes adae-  
mus, non inutile erit de ratione, quam persecuti sumus,  
pauca præfari.

Inquirendum est primum, ubi Theopompeam, ubi  
Ephoream narrationem inveniamus, deinde vero ambæ  
cum Xenophontea comparandæ erunt.

Utriusque scriptoris perpauca supersunt fragmenta,  
quæ ad res inde ab Ol. 92, 1, usque ad Ol. 96, 3,  
gestas pertineant et quibus illi discrete laudentur. Magnum  
autem auxilium in restituendis eorum narrationibus nobis  
præbent variorum scriptorum opera, quæ supersunt, qui  
cum hoc tempus pertractarent aut singulos eventus attin-  
gerent, sine dubio ex Ephoro vel Theopompo hauserunt.  
Duo sunt genera horum scriptorum; alterum historico-  
rum, qui continua narratione rerum gestarum progredi-  
untur, alterum biographorum ac singularum rerum  
compilatorum, qui undique collecta vel ad vitam alicuius  
viri adaptant vel ipsa rerum fontiumque varietate delectati  
nulli firmo ordini student. Itaque satis elucet, aliam  
historicorum, aliam compilatorum fontes indagandi viam  
nobis eligendam esse. Hanc ob rem primum (quantum  
quidem fieri poterat) historicos, deinde compilatores per-  
tractavi, postremo vero utrosque inter se comparavi.

Ex eodem fonte certo manarunt Diodorus 13, 52-14, 11, 1 et Justinus 5, 4-5, 9, 5, ita tamen, ut alter ex illo quaedam sumpserit, quæ in altero desunt, ut præcipue Diodorus interdum alium auctorem adierit, denique ut uterque diversa ratione diversæ rei studens communem fontem usurpaverit. Etenim Diodorus in ea de qua agitur græcæ historiæ parte nusquam, nisi initio cuiusque libri sermonibus ad solam lectoris oblectationem commoratur, immo vero quasi medullam auctoris sui sibi extrahendam esse putans, omnia quam brevissime narrare conatur; contra vero Justinus etiam in exiguo spatio, quod narrando persecutus est, omnibus rhetorum figuris abundat; eius vel Pompeii Trogi narratio, etiam cum brevior formam assequitur, quæ quidem huiuscemodi ornamenta respuit, verbis nimis studiosa multas, ut videtur, orationes ex suo fonte hausit integras et latinam in linguam traduxit (cf. Just. 5, 4, 9-12; 5, 2, 8-14; 5, 7, 4-12; 5, 10, 1-3; 6, 1, 4-8, etc.), ita tamen ut ipsos eventus magis attingeret atque adumbraret quam sedulo ac constanter illustraret. Quæ cum ita sint, facile intelligi potest, ex uno fonte diversos utrumque atque diversas in partes decurrentes rivulos deduxisse; eundem vero utrique historiarum scriptori esse auctorem primum, nemo, qui semel locos infra appositos enumeratosque adspexerit, addubitabit.

1<sup>o</sup> Fere ad verbum similia proferunt Diodorus atque Justinus.

a) Diod. 13, 97, 1.

Ἀθηναῖοι δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐλαττώμασι περιπίπτοντες ἐποικήσαντο πόλιν τοὺς μετοίκους καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι.

Just. 5, 6, 5.

Quo prælio perditis et desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur, ut militari ætate peregrinis civitatem, servis libertatem, damnatis impunitatem darent.

b) Diod. 13, 107, 4.

ἐπιτείνοντος δὲ τοῦ δεινοῦ καὶ ἡμέραν ἢ μὲν ἔγμε νεκρῶν· οἱ δὲ λοιποὶ διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Λακεδαιμονίους συνέθεντο τὴν εἰρήνην, ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τεύχη τοῦ Πειραιῶς περιελεῖν καὶ μακρὰς ναῦς μὴ πλείον ἔχειν δέχα, τῶν δὲ πόλεων πασῶν ἐκχωρήσαι καὶ Λακεδαιμονίοις ἡγεμόσι χρῆσθαι.

Just. 5, 8, 3.

Quibus malis Athenienses fracti post longam famem et assidua suorum funera pacem petivere etc., etc., pacem polliciti, si demissa Piræum versus muri braccia deiicerent, naves, quæ reliquæ forent, traderent resque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.

2<sup>o</sup> Multa, si non in verbis verborumve collocatione conspirant, apud utrumque historiæ scriptorem eandem rei enarrandæ rationem arguunt (cf. Just. 5, 4, 4-5. = Diod. 13, 52, 53; Just. 5, 4, 7-12. = Diod. 13, 68; Just. 5, 4, 13-16. = Diod. 13, 69; Just. 5, 5, = Diod. 13, 1, 70; Just. 5, 5, 2, 3. = Diod. 13, 73, 3, 4. + 13, 69, 4; Just. 5, 7, 1-3. = Diod. 13, 106; Just. 5, 8, 8. = Diod. 13, 4, 3; Just. 5, 8, 12-14. = Diod. 14, 11, 1; Just. 5, 9, 1. = Diod. 14, 4, 5-7 + 14, 5, 1, 2; Just. 5, 9, 3. = Diod. 4, 6).

3<sup>o</sup> Utrique narrationi eandem esse temporum factorumque dispositionem ex exemplis infra appositis apparebit.

a) Just. 5, 8, 7.

Insignis hic annus et expugnatione Athenarum et morte Darii regis Persarum et exitio Dionysii, Siciliæ tyranni.

Diod. 13, 108, 1.

Μικρὸν δὲ τῆς εἰρήνης ὑστερον ἐτελεύτησε Δαρεῖος ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς.

b) Just. 5, 7, 1.

At dux Lacedæmoniorum, robus feliciter gestis (sc. apud Aegos flumen) fortunæ hostium insultat; captivas navos cum præda bellica in triumphi modum mittit Lacedæmona.

Diod. 13, 106, 7.

Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Λακεδαίμονα τοὺς τὴν νίκην ἀπαγγελοῦντας ἀπέστειλεν εἰς Σπάρτην ἐπὶ τῆς κρατίστης τρίτης κοσμησας τοῖς πολυτελεστάτοις τὴν ναῦν ἑπλοῖς καὶ λαφύροις.

In primo igitur fragmento apparet stricte idem ab utroque servatus ordo; etenim hi duo eventus nullo nisi temporis vinculo inter se coniuncti, eodem modo dispositi ab utroque scriptore proferuntur. Quæ vero in altero fragmento narrantur, ab aliis scriptoribus vel alio modo, vel alio ordine referuntur (cf. Xen. Hell. 2, 1, 30; Xen. Hell. 2, 3, 8; Plut. Lys. 26, 1).

Certe hæc non sola exempla tanti consensus in dispositione exstant, sed utrumque auctorem semel perlegenti etiam plura ac copiosiora occurrunt. Sola, quæ de Cyri expeditione narrantur, aliam disponendi narrantique rationem sequuntur, de quibus nobis suo loco paullo longius disserendum erit.

Quid nunc ex illis locis utriusque scriptoris colligendum sit, in propatulo est. Diodorum enim e Pompeio Trogo non hausisse latissime patet; primum enim verisimile est, illum græcam ad conscribendam historiam græcum non latinum de eodem historia fontem adisse; tum uterque diversam in sententiam, uti supra ostendimus, suum opus conscripsit. Quæ cum ita sint, necessario statuendum est, ex uno fonte utrumque sumpsisse.

Quis igitur fuerit ille primarius fons, ita investigandum est, ut duorum, de quibus disceptatio esse potest, Theopompi atque Ephori fragmenta adhibeamus, sed illa solum, quibus illi diserte laudantur.

Ordiamur igitur a morte Alcibiadis Diod. 14, 11, 1. τοῦτον δὲ πραττομένον Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως

σατράπης Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὸν ἀνείλε, χάρισασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίους. Τοῦ δ' Ἐφόρου δι' ἄλλας αἰτίας ἐπιβουλευθῆναι γεγραφότος οὐκ ἄχρηστον εἶναι νομίζω παραθεῖναι τὴν παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου κτλ. Ibi Diodorus subito quasi filum narrationis abrumpit auctorique suo, de quo nullam mentionem vel cognitionem habemus Ephoream narrationem opponit; refert enim ille auctor (Diod. 11, 2-4) Pharnabazum obsequio erga Lacedæmonios ductum Alcibiadem interfecisse; Ephorus vero tradit, Alcibiadem, cum Cyrum acerrime in fratrem bellum parare comperisset atque id Artaxerxi aperire vellet, a Pharnabazo petita ac non impetrata facultate cum rege coeundi, dum satrapem Paphlagoniæ eandem ob causam adire vellet, a Pharnabazo regiam iram, si Cyri consilia paterent, metuente in itinere interemptum esse. Ex illis satis elucet, duos adesse auctores, quorum unus est Ephorus; alterum autem ex continuitate narrationis Diodoreæ historiarum scriptorem esse patet; cum autem Diodorus varios multosque fontes adisse non videatur, eadem vero de morte Alcibiadis narratio apud alios scriptores reperiatur (cf. Just. 5, 8, 11; Corn. Nep. c. 10, Plut. vit. Alc. c. 39), neminem suspicari licebit nisi Theopompum. Sine dubio non Ephoreæ sunt hæc narrationes, sicut voluit Muellerus (Hist. gr. I, p. 269), immo vero illarum consensus sententiam Muellerei magnopere impugnat, id quod mox amplius examinabimus. Quæ de Alcibiadis morte Just. 5, 8, 12: «Cædes deinde civium ab Alcibiade auspiciantur, ne iterum rempublicam sub obtentu liberationis invaderet, quem, quum profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent, citato itinere miserunt, qui enim interciperent; a quibus occupatis, quum occidi aperte non posset, vivus in cubiculo in quo dormiebat,

crematus est » leguntur sine dubio non Ephorea sunt, quæ, quamquam prima specie mira insolentiaque videntur, si propius accedimus, optime cum prima Diodorea (Diod. 14, 11, 1) narratione conspirant. Etenim ut ea recte diiudicemus adhibendum est Plut. Alc. c. 39 ubi traditur, insidias in Alcibiadem a triginta tyrannis exortas, a Lysandro vero ac Lacedæmoniis paratas, a Pharnabazo denique perpetratas esse. Jam vidimus Diodorum et Justinum magnopere brevitatem consecrari; igitur non mirum videbitur, hunc quasi primam attulisse causam, illum vero ex altera omnia explicavisse. Itaque horum omnium ratione habita verisimile est, hunc communem ambobus scriptoribus auctorem non esse Ephorum sed ipsum Theopompum, quod si de uno illo loco demonstramus, de ceteris omnibus patet.

Sed si alia quoque in ipsis illis scriptoribus recte spectamus ac ponderamus, haud minus luculenta huius rei testimonia inveniemus. Etenim si Justinum narrationem sexto in libro persequimur eamque solam ante oculos habemus, librum quintum et sextum ex eodem auctore pendere satis certo apparebit; quippe qui vitiis historiarum multis ex auctoribus consarcinatarum prorsus non laborant; sed quantum quidem tam prava epitome, qualis est Justinum, coniecturæ ansam præbet, miro quodam vinculo diversæ partes inter se religantur, ita ut nulla sit inter illas dissensio; quod haud raro apud alios historicorum scriptores fieri, mox demonstrabimus. Apte omnia inter se coherent ac progrediuntur usque ad pacem Antaloidæ (Just. 6, 6); inde autem subito quodam saltu ab Ol. 96, 2 in Ol. 102 delicimus, i. e. a pace Antalcidæ in medias res, quæ primum ingressum Thebanorum in Peloponnesum consecute sunt; igitur omnia, quæ intra hoc spatium decem et septem annorum acta sunt (nec

narratione indigna videntur) omnino a Justino prætermissa sunt et satis verisimile videtur, Pompeium Trogum hanc eandem lacunam præbuisse, si prologum libri sexti adspicimus: «Sexto volumine continentur hæc: bellum Lacedæmoniorum gestum in Asia cum Persicis præfectis, ducibus belli Dercyllida et Agesilao, usque ad prælium navale factum Cnido; quo victis illis Athenienses repetere imperium. Dein bellum Corinthiacum et bellum Bœoticum: quo Leuctris et Mantineæ victi Spartani amisere imperium. In Thessalia deinde Jasonis et post illum Alexandri Pheræi coalitum atque extinctum imperium. Tum sociale bellum gestum adversus Athenienses a Chiis et Rhodiis et Bysantiis. Transitus hinc ad res Macedonicas.» Inter «bellum Corinthiacum» (Ol. 96, 3-97, 1) et «bellum Bœoticum, quo Leuctris et Mantineæ Spartani amisere imperium» (Ol. 102, 2-104, 3) interfuisse spatium unius et viginti annorum, de quo non locutus sit Trogus, neminem fugit. Et Justinus quidem eandem præbet lacunam; etenim omnia, quæ post Antalcidæ pacem evenerunt, tenui quodam vinculo religat, ita ut nihil narratio eius contineat nisi mortem Epaminondæ atque pugnam ad Mantineam commissam. De rebus intra septem et decem annos gestis cum sileat Justinus, Trogi Pompeii historiam eandem præbuisse lacunam suspicari licet, vel neglegentius totam hanc operis partem perscriptam fuisse. Sed nunc de temporis spatio, quod Theopompus pertractaverit, propius inquirendum erit; cuius Hellenica omnia, quæ inde ab altera pugna navali apud Cynossema usque ad Cnidianam pugnam navalem (Ol. 92, 2-96, 3) gesta sunt, duodecim libris comprehendunt; Philippica autem ab Ol. 105, 1 ordiuntur (cf. Diod. 13, 4, 2, 5; Diod. 16, 3; Suidas sub voc. *Θεόπομπος*; Diod. 14, 84).

Sic quidem intercedit inter duas historias spatium triginta quattuor annorum; verisimile est, Pompeium Trogum, cum hoc fonte uteretur, eo vero per illud triginta quattuor annorum spatium destitutum esset, ad hoc pertractandum minorem curam adhibuisse. Tum vero fieri poterat, ut Justinus, cum omnia brevius negligentiusque apud Pompeium Trogum enarrata inveniret, ea omnino omitteret atque solum eventus, qui narratu præcipue digni erant, memoriæ proderet. Narrationem vero Justinus sine ulla lacuna etiam ultra Cnidianam pugnam procedere nemini mirum videbitur. Etenim optime fieri poterat, ut, enarrato navali ad Cnidum prælio, Theopompus etiam omnia quæ ex illo exorta sunt, adderet atque summam excursu quodam usque ad Antalcidæ pacem progrediretur. Proximus liber Justinus septimus totus in Theopompo acquiescit, neque est, cur non ei tribuamus ea quæ de prima Thebanorum in Peloponnesum incursione ac de morte Epaminondæ narrantur.

Superest præterea locus Plinii, qui sine dubio sententiam meam confirmat. Plin. Nat. Hist. 3, 57: «Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit Romanorum, urbem dumtaxat a Gallis captam dixit.» Comparetur Just. 6, 6, 5: «Hic annus» (387 a. Ch.) «non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Græcia facta est; sed etiam eo, quod eodem tempore urbs romana a Gallis capta est.» Gallos autem Romam a. 390 ante Ch. n. cepisse neminem fugit; «eodem tempore» atque Antalcidæ pax hæc accidisse romanus historiæ scriptor certo non scribere poterat; vel si scripsisset græcoque fonti inseruisset, aptius vel aptiore loco id fecisset. Igitur suspicari licet, Theopompum excursu quodam res eodem fere tempore ac pax Antalcidæ in toto orbe terrarum gestas perlustrasse, huius vero excursus vestigium verbis Justinus inesse.

## II.

Alium in Diodori opere atque in Justinus epitoma locum occupat Cyri minoris expeditio. Quomodo vero Pompeius Trogus hanc inseruerit ex prologo libri quinti apparet: «ut expulsi sunt Athenis triginta tyranni. Bellum, quod Lacedæmonii in Asia cum Artaxerxe gesserunt, propter Cyrum initum. Hinc repetitum in excessu Cyri cum fratre bellum et Græcorum, qui sub eo militaverant.» De illa disponendi ratione non loquitur Justinus, eamque in eius epitomâ suspicari solum licet; etenim enumeratis discordiæ inter Thebanos et Lacedæmonios causis, subito saltu his verbis «eodem fere tempore Darius» ad expeditionem Cyri transsilit (Just. 5, 9), ordinem quidem a Pompeio Trogo institutum servans, Thimbronis expeditionem, illic a Pompeio Trogo enarratam, omnino omittit.

Aliter se res apud Diodorum habet; etenim inde a 14, 11, 2 usque ad 14, 12 extr. quadam præmittit, quæ ante expeditionem Cyri minoris evenerunt et satis arte cum illa coniuncta videntur, sc. Alcibiadis mortem, quam ex nomine diserte laudato Ephoream esse scimus; post ea Diodorus Clearchi Byzantii dominationem describit (Diod. 14, 11, 2; 14, 12, 7, 8); si cum Plut. Lys. 25 comparamus cap. 13, ubi Lysandri in Heraclidas reges consilia exponuntur, non dubitabimur quin Diod. 14, 13, Ephoro adindicemus. Insequuntur tria capita Siciliæ historiam pertractantia, post quæ inseritur caput de bello Eleo, quod totum e Theopompo fluxisse mox demonstrabimus; decimum octavum caput rursus Siceliam historiam pertractat; undevicesimo tandem ad Cyri expeditionem pervenimus, quam suo loco (Ἀθήνησι μὲν τὴν ἀρχῶν Ξεναίετος;

Diod. 14, 19, 1: cf. Diog. Laërt. 2, 55; cf. Clinton Fasti Hell. II, p. 94) enarravit Diodorus.

In hac vero disponendi ratione non consentit cum Trogo Pompeio; hanc ob rem diversum ambobus auctoribus adfuisse fontem iam suspicari licet, quæ sententia etiam firmatur, si brevem Justini narrationem cum Diodorea comparamus.

Diod. 14, 19, 3.

τοῖς μὲν πλήθεσιν οὐκ ἐδήλου τάληθές, ἔφασκε δ' εἰς Κιλικίαν ἄγειν τὴν δύναμιν ἐπὶ τοὺς ἀρεσ- τηκότας τοῦ βασιλέως τυράννου.

Diod. 14, 23, 7.

Κύρος μὲν οὖν φθάσας ἐκ διασ- τήματος ἤκοντισε καὶ τυχὼν τοῦ βασιλέως ἔσφηλεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν ὅν ταχέως οἱ περὶ αὐτὸν ἀρπασάντες ἀπήνεγκαν ἐξ τῆς μάχης.

Unde exorta sit hæc discrepantia, satis elucet, si Diod. 14, 23, 7 atque Just. 5, 11, 9 cum Plut. Artax. 9, 10, 11, comparamus, ubi Dinoni Ctesias opponitur; quæ vero Diodorus de Cyri morte narrat, Xenophonti et Ctesiae simillima sunt, quæ autem ab Justino proferuntur, et si non Dinoni sunt adscribenda, tamen aliunde desumpta sunt. Sufficiat autem Justini et Diodori inter se discrepantiam statuisse. Hoc quidem in illis historiae scriptoribus nobis novum inusitatumque videtur; etenim iam supra vidimus, utrumque eundem fontem satis constanter adire, utrumque eundem rebus ordinem ac fere colorem servare; inquirendum erit igitur, unde hæc discrepantia exorta sit, unde vero unus quisque sua deprompserit.

Just. 5, 11, 5.

Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellum sed palam, nec per dissimulationem sed aperte parare cœpit: auxilia undique contrahit.

Just. 5, 11, 9.

Sed quum in bello fors prælii utrumque fratrem pugnae obtulisset, prior Artaxerxes a fratre vulneratur: quem quum equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus a cohorte regia oppressus est.

Duos fontes in hac Diodorei operis parte arctissime coniunctos esse primo obtutu colligi potest; Diodorum vero illos non consarcinavisse in aperto est; etenim huius rei insolens, sicut iam vidimus, nunquam ad eandem rem describendam plures auctores adit, immo vero eius narratio semper ex uno fonte procedit; solum semper Theopompum vel Ephorum adhibet, semel tantum illi hunc opponit, nusquam vero ambos coniungit. Accedunt partes quædam cum Xenophonte optime conspirantes, tanta vi tantoque decore sermonis insignes, (Diod. 14, 28; Diod. 14, 30, 1, 2) ut eas Diodoro tribuere non liceat.

Diod. 14, 19, 3 discrepat a Xen. An. 1, 2, 1 (Diod. ἔφασκε δ' εἰς Κιλικίαν ἄγειν τὴν δύναμιν ἐπὶ τοὺς ἀρεσ- τηκότας τοῦ βασιλέως τυράννου. Xen. ἐποιεῖτο ὡς Πισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας. Diod. 14, 19, 4. = Xen. Hell. 3, 1, 1; Diod. 14, 19, 5. = Xen. An. 1, 4, 3; Diod. 14, 19, 5; cf. Diod. 14, 21, 2. Chrisophus. 800 Spartanos adducit 700 Xen. An. 1, 4, 3; Diod. 14, 19, 6 = Xen. An. 1, 2, 9; Diod. 14, 19, 6-9, enumerantur epimeletæ a Cyro provinciæ suæ impositi; numerus asiaticarum Cyri copiarum 70000.

Diod. 14, 20, 1, portæ Ciliciæ describuntur; Diod. 14, 20, 2, 3 = X. An. 1, 3, 26-27; Syennesis vafritia, Diod. 14, 20, 3; Diod. 14, 20, 3-5. = Xen. An. 1, 3.

Diod. 14, 21, 1, 2 = Xen. An. 1, 4, 1-3; Diod. 14, 21, 3, 4. = Xen. An. 1, 4, 4, 5. Diod. 14, 21, 5. = Xen. An. 1, 4, 11; Diod. 14, 21, 6. = Xen. An. 1, 4, 11-13; Diod. 14, 21, 7. = Xen. An. 1, 4, 11, 17.

Diod. 14, 22, 1-4. Artaxerxes ad debellandum Cyrum sese comparat; Diod. 14, 22, 5. = Xen. An. 1, 8, 4-6; Diod. 14, 22, 6, Cyrus 1000 equites circa se habet. 600. X. An. 1, 8, 6; dispositio persici agminis. Diod. 14, 22, 7.



Diod. 14, 23, 1. = Xen. An. 1, 8, 17, 18; Clearchus Græcos placide et ordine servato progredi jubet. Diod. 14, 23; 1; Diod. 14, 23, 2, 3, Cyri agmen ingenti multitudine telorum excipitur; Diod. 14; 23, 4, = Xen. An. 1, 8, 19; Dissertatio de armatura fortitudineque Græcorum; Cyrus et Artaxerxes Eteocli et Polynici comparantur; Diod. 14, 23, 5-7; Diod. 14, 24, 7, 8. Mors Cyri cf. Xen. An. 1, 8, 26.

Diod. 14, 24, 1. = Xen. An. 1, 10, 1, 1, 9, 31; Diod. 14, 24, 2. = Xen. An. 1, 10, 4-5; Diod. 14, 24, 3. = Xen. An. 1, 10, 2-3; Diod. 14, 24, 4, Clearchus tropaeum erigit ac *περὶ δευτέραν σχεδὸν φυλακὴν* in castra revertitur. Cf. Xen. An. 1, 10, 17 *ἀμφὶ δορυπηστῶν*; mortuorum ex utraque parte numerus adhibetur.

Diod. 14, 25, 1. = Xen. An. 2, 1, 7, 8; Græci Phalino respondent. Diod. 14, 25, 2, 3; Diod. 14, 25, 4. = Xen. An. 2, 12, secundum Diodorum continet hæc paragraphus orationem Proxeni Thebani, sed secundum Xenophontem orationem Theopompi Atheniensis; Diod. 14, 25, 5, Sophili oratio = Xen. An. 2, 1, 10, oratio Proxeni Thebani; oratio Socratis Achaici Diod. 14, 25, 6; Diod. 14, 25, 7. = Xen. An. 2, 2, 8; Paphlagoniam versus Græci iter capessunt. Diod. 14, 25, 8.

Diod. 14, 26, 1, 2; Artaxerxes raptim castra sua movet; cum eo trium dierum induciæ panguntur; Diod. 14, 26, 3. = Xen. An. 2, 3, 27; Diod. 14, 26, 4, 5 Artaxerxes Babylonem redit suosque ac præcipue Tissaphernem magnificis muneribus honestat; hic consilium inquit delendi Græcorum exercitum. Diod. 14, 26, 6. = Xen. An. 2, 5, 30; Diod. 14, 26, 7. = Xen. An. 2, 5, 31-33.

Diod. 14, 27, 1. = Xen. An. 3, 2, 37, 38; Diod. 14, 27, 2. = Xen. An. 2, 6, 1 et 29; Diod. 14, 27, 4. = Xen. An. 4, 3, 2; Diod. 14, 27, 6. = Xen. An. 4, 2, 28; Diod. 14, 27, 7. = Xen. 4, 4, 4.

Diod. 14, 28. = Xen. An. 4, 5, 1-20.

Diod. 14, 29, 1. = Xen. 4, 6, 1. + Xen. An. 4, 6, 27; Diod. 14, 29, 2. = Xen. An. 4, 7, 15, 18, 19; Diod. 14, 29, 3. = Xen. Anab. 4, 7, 19-24; Diod. 14, 29, 3, 4. = Xen. Anab. 4, 7, 25-27. Diod. 14, 29, 5. = Xen. Anab. 4, 8, 6, 7.

Diod. 14, 30, 2. = Xen. An. 4, 8, 20 21; Diod. 14, 30, 3. = Xen. An. 4, 8, 22, 23; Diod. 14, 30, 4. = Xen. An. 5, 1, 3, 4; Diod. 14, 30, 5. = Xen. An. 5, 3, 1-3; Diod. 14, 30, 7. = Xen. An. 5, 4, 32-33.

Diod. 14, 31, 1. = Xen. An. 5, 5, 3; Diod. 14, 31, 2. = Xen. An. 6, 1, 15-16. Diod. 14, 31, 3. = Xen. An. 6, 2, 1, 2.

Inquirendum est, unde narrationem tam apte duobus e fontibus compositam sumpserit Diodorus. Semel quidem ab eo diserte laudatur Ephorus (Diod. 14, 22, 2), quem non alii auctori opponit, cuius vero nomen apponit, ut maiore auctoritate niteat sua narratio. Nil igitur obstat, quin totam Cyri minoris expeditionem secundum Diodorum enarratam Ephoro attribuamus; hæc vero nostra sententia corroboratur, si comparamus partem huius narrationis cum eis quæ a Diodoro Ephoro tribuuntur.

Diod. 14, 11, 2.

Τὸν δὲ Φαρνάβαζον ἀκούσαντι τῶν λόγων, σφετερίσασθαι τὴν ἀπαγγελίαν καὶ πέμψαι πιστοῦς ἄνδρας ὑπὲρ τούτων τῷ βασιλεῖ δηλώσαντας.

Diod. 14, 22, 1.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης καὶ πάλαι μὲν ἦν παρὰ Φαρναβάζου πεπυσμένος ἐπὶ στρατόπεδον ἐπ' αὐτὸν ἀθροίζει λατὴν Κύρος.

Idem fit in aliis duobus locis, ubi verba quoque inter se congruunt.

Diod. 14, 19, 2.

Περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Κύρος δὲ τῶν ἐπὶ θαλάττης στραπειῶν ἡγούμενος διενεοῖτο μὲν παλαιὰ στρατεύειν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην ἣν γὰρ ὁ νεανίσκος φρονήματος πλήρης κτλ.

Diod. 14, 12, 8.

Ὁ γὰρ Κύρος, ἀρχὼν ἀποδεδογμένους τῶν ἐπὶ θαλάττης στραπειῶν καὶ φρονήματος πλήρης διενεοῖτο στρατεύειν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην.

Inde colligi potest, Diodorum Ephorum auctorem primum in hac narratione habuisse. Ephorus vero pedestris erat Xenophontis; pauca, quae Xenophonti adduntur, ex Asiatico rerum scriptore desumpta esse videntur (Cyri epimeletæ Diod. 14, 19, 6-7; Syennesis vafritia ib. 20, 3; omnia, quae ab Artaxerxe vel ante vel post pugnam gesta sunt; Diod. 14, 22, 1-4; ib. 26, 4-5). Sine dubio Ephorus Xenophontæ narrationi quaedam e Ctesia desumpta admiscuit. Etenim in numeris computandis (Diod. 14, 22, 2; Plut. Art. 2), et sicut iam vidimus in enarranda Cyri morte, consentiunt Ephorus et Ctesias; semel tamen ille ab hoc recedit, ubi de numero mortuorum agitur;

Diod. 14, 24, 6.

Τῆς δὲ μάχης τοιοῦτον τέλος λαβούσης ἀνῆρέθησαν τῶν τοῦ βασιλέως πλείους τῶν μυρίων πενταχιλίων.

Plut. Art.

Ἀριθμοῦ δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας ἑνακισχιλίους ἀνεγεθῆναι φησὶ πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην· αὐτῷ δὲ διαμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς κειμένους.

Cum quidem de mortuorum numero, non bene constare traderet Ctesias, Ephorus vero sibi quemdam numerum proferendum esse censeret, fere sine dubio ex illis duobus Ctesiae numeris haec «quindecim milia» finxit. Pauca quae Ctesiae aliena videri possint, Xenophontæ

narrationi addidit Ephorus, vel ut singulas res accuratius depingeret (cf. Diod. 14, 28), vel ut eas fabulis (Diod. 14, 23, 6) aliisque additamentis exornaret. (Diod. 14, 25, 2, 3). Igitur statuendum erit, Ephorum Xenophontis et Ctesiae narrationes consarcinavisse, Diodorum vero in hac parte sui operis Ephorum auctorem primum habuisse. Unde autem Pompeius Trogus suam Cyri expeditionem hausserit, diiudicari non potest; fortasse haec Theopompi operi aliena non erit.

### III.

Aliud historiam, aliud vitam alicuius perscribere, hoc iam supra monuimus; maiorem fontium numerum ac varietatem ei adesse demonstravimus, qui mores alicuius viri describit quam ei, qui continua narratione temporis quoddam spatium pertractat. Si quidem unam exceptionem statuere oportet, certe in Cornelii Lysandro statuenda erit; quippe qui summa negligentia et egestate in rebus enarrandis insignis est. Etenim Cornelius omnia saltatim ac fere nullo vinculo coniuncta quasi «disiecti membra poëtae» profert; neque huic nostro iudicio lacuna in cap. 2 officit, quam facillime e Polyæni Strat. I, 45, 4, explere licet.

Per tria prima capita graviter vituperatur Lysander; eius victoriae (c. 1, 2) «non virtuti sui exercitus» sed «inmodestiae adversariorum» tribuuntur; ipse «factiosus audaxque» nominatur (c. I, 3); «eius opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerunt» (c. I, 3); «crudelitatem et invidiam» in eo reprehendit Cornelius; in illis tribus capitibus atque etiam tota in vita frustra quaeritur non solum locus, quo laudetur, sed etiam quo

non vituperetur Lysander; tertium caput, quo seditiosa referuntur consilia Lysandri, Ephoro tribuendum est; earundem rerum testem illum diserte commemorat Plutarchus (Lys. c. 24; c. 30). Hæc prima tria capita Theopompo adiudicare non licet, qui Lysandrum magnis laudibus affecisse videtur, si quidem locum quemdam Athenæi adhibemus (Ath. 12, 543, b).

Sine dubio nobis sententia Stedefeldti hac in re probanda erit et tria illa capita uni auctori primario sc. Ephoro attribuemus. Quartum vero caput unde fluxerit in dubio est ac melius suo loco examinandum erit. Satis verisimile videtur illa prima tria capita uni auctori tribuenda esse, quem acerbè Lysandrum vituperasse in aperto est; ipse autem Cornelius has contumelias non solum exscripsit, sed etiam in vituperando acerbitate auctorem suum superavit; hoc vero primo obtutu oculos officit, si hæc omnia cum quibusdam Plutarchei Lysandri locis comparamus.

Corn. Lys. 2, 1.  
cuius de crudelitate ac perfidia satis est etc. etc.

Corn. Lys. 1, 3.  
nihil aliud molitus est quam ut omnes civitates in sua teneret potestate.

Corn. Lys. 1, 3.  
ut eius opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint.

(Cf. Plut. Lys. 5. συναδικῶν καὶ συνεξαμαρτάνων; Plut. Lys. 6. φιλοτιμίαν ἀλαζονικὴν καὶ κενὴν ὄψαν; Plut. Lys. 7 ἡλπίζον γὰρ — ὀρίζων.)

Plut. Lys. 1, 5.  
ἐδόκει πανούργος εἶναι καὶ σφοδρῆς.

Plut. Lys. 13.  
τρόπον τινὰ κατασκευαγόμενος ἑαυτῷ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν.

Plut. Lys. 13.  
ὅνα ἐπιτεκῆς ἐδίδου τοῖς Ἑλλήσι δείγμα τῆς Λακεδαιμονίων ἀρχῆς.

Certo multæ huiusmodi contumeliæ in Plutarchi Lysandro indagari possunt, sed nulla vehementior quam eæ, quas in Cornelii opere invenimus; hic vero unum quemque, cuius mores vitamque describit, maximum inter omnes esse prædicat, et in laudando auream mediocritatis viam nunquam invenit (cf. Nipperdey, Proœmium ad Corn. Nep. 1849, 21, 29-32); nunc etiam cum nullum vituperationis modum habuisse ex illis tribus capitibus late apparet. Satis verisimile videtur, Cornelium hæc tria prima capita ex uno fonte, quem Ephorum esse iam supra diximus, sumpsisse, illumque in vituperando vehementia superavisse.

Sed de Plutarchi Lysandro amplius iam disseruit Stedefeldt (de Plutarchei Lysandri fontibus. Bonnæ 1867), cuius cum magna cum cura comparata sit sententia atque uni cuique huius operis adeundi sit facultas, brevibus solum illius perquisitionem proferam et, cum res exposcet vel e Buengeri (Theopompea, Argentorati 1874) sententia vel proprio Marte emendabo.

Cap. I. — Plutarcheum (Stedefeldt); sed nil obstat quin Anaxandridam Delphicum etiam alio loco diserte laudatum (Plut. Lys. c. 18) suspicemur.

Cap. II. Summo cum iure ibi latere Theopompum disseruit Buenger (Theopompea p. 53) ex clara ac perspicua membrorum compositione et accurata cum fragmento quodam Theopompi (Athen p. 543, b, c. ap. Muell. Hist. Gr. I, Theop. fr. 21) congruentia.

Cap. III-VII. Ephorus; immixtæ sunt res quedam, quæ Theopompum redolcant (Stedefeldt).

Cap. VIII. Theopompus et Androclidas. (Sted. p. 54.)

Cap. IX, I pars, Ephorus et Theopompus. (Sted. p. 49.)

Cap. IX; II pars - cap. XIII. Ephorus.

Cap. XIII. Theophrastus et Theopompus comicus.

Cap. XIV-XV. ἔνιοι δὲ φασιν. Theopompus (Sted. p. 26-31).

Cap. XV. Inde ad verbis ἔνιοι δὲ φασιν. Ephorus.

Cap. XVI-XVII. Num Ephoro an Theopompo vindicanda sint, non liquet (Sted.). Sed ea, quæ Buenger profert, (Theopompea p. 52) satis magni ponderis sunt, ut Plutarchi de Gylippo narrationem Theopompo tribuamus.

Cap. XVIII. Anaxandridas et Duris.

Cap. XIX-XXI. Theopompus (Sted. p. 25). — Buenger hanc sententiam (Theop. p. 53) summo cum iure addubitavit; etenim e loco, quo in Cornelii Lysandro inseritur, nil arguere licet; cum tria per capita Cornelius Lysandrum gravissimis vituperationibus afficeret, et ad finem vitæ progressus, delectaretur narratiuncula, illam «hoc loco, non prætereundam» esse statuit et tribus primis capitibus illam apposuit. Neque vero e Plutarcho loco, ubi enumerantur causæ itineris a Lysandro ad Jovem Ammonem incepti (ἦν μὲν γὰρ Ἐφορος τῆς ἀποδημίας ταύτης αἰτίαν ἀναγράφει, μετὰ μικρὸν ἀφηγήσομαι) quidquam colligere licet. Etenim optime fieri poterat, ut varias de itinere Lysandri, quæ narrabantur, causas congereret Ephorus, illisque perpensitatis, suam sententiam in medium proferret, quam vero paullo infra aptiore loco Plutarchus inseruit; ex Pausaniæ narratione nil arguere licet, etenim unde desumpta sit, non satis patet.

Cap. XXI. — Theopompus (Sted.).

Cap. XXII-XXX. — Ephorus (Sted.).

Cap. XXXI. Theopompus. Ephorus.

Hæc diiudicatio Stedefeldti etiam Pausaniæ narratione

confirmatur, quæ quamvis ex memoria<sup>1</sup> a Pausania conscripta, optime cum ea narratione, quam Ephoream esse scimus, congruit (cf. Paus. 9, 32, 6. Nep. Lys. I, 3).

## IV.

«Agesilaus Lacedæmonius, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est.» Hæc statim in initio Agesilai vitæ a Cornelio præmittuntur. Inde unus quisque suspicari potest, Xenophontem magnopere usum esse Cornelium, id quod etiam ipsius vitæ inspectio ad satietatem docet.

Primum caput e Xenophonte sumptum esse non videtur atque in dubio est, cui tribuendum sit; etenim ex § 5 nil colligi potest («nam Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus supra, factioso et his temporibus potente») ubi non tam Ephoream quam suam sententiam depromit Cornelius. Alterum quoque caput quædam continet, quæ nusquam alibi inveniuntur («tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis pervenerit, quam regis satrapæ eum scirent profectum»). Cetera vero omnia usque ad caput 7. Pseudo-Xenophontis Agesilao sunt simillima, sæpe quoque translata videntur (e. g. Pseudo-Xen. Ag. 2, 1 = Corn. Ag. 4, 4; Pseudo-Xen. Ag. 7, 5, 6 = Corn. Ag. 5). Leviculum solum additur; apud Xenophontem et Pseudo-Xenophontem non invenitur nomen Minervæ (Corn. Ag. 4, 6); ambo his verbis: ὑπὸ τῷ νεῷ εἰσι

<sup>1</sup> Pausaniam has sui operis partes ex memoria perscripsisse in aperto est; etenim cum nullo rerum scriptore in numeris computandis conspirat (e. g. in numero navium Atheniensium in pugna ad Aegos flumen); Antiochi cladem οὐ πῶρῶ τοῦ Κολοφονίων ἄστεως evenisse narrat, cum omnes alii historiæ scriptores hanc pugnam navalem ad portum Ephesiorum collocent; fortasse eodem memoriæ lapsu Eteonicum harmostam pro Callibio (cf. Lys. 15) nominavit.

conspirant. Duplex coniecturæ ansa præbetur; aut satis notum erat, fanum Minervæ Itoniæ dicatum esse, aut excidit nescio quomodo hoc nomen ex codicibus Xenophontis et Pseudo-Xenophontis, quod sine ullo dubio Cornelius ex annotamento cuiusdam codicis hausit. Ceterum vero vix singula verba inveniuntur, quæ non eadem sint apud Cornelium et Pseudo-Xenophontem; semel in errorem delabitur romanus vitarum scriptor, cum narratiunculam quandam (Corn. 5) refert, Agesilai itineri a Pseudo-Xenophonte insertam; etenim Cornelius ipsum Agesilaum pugnae interfuisse profert, quod et Pseudo-Xenophonti et Plutarcho alienum est; sed non dubium est, quin fere omnia inde ab initio cap. II. usque ad finem cap. VII ex Pseudo-Xenophontis vita Agesilai fluxerint.

Caput. 8. mira cum Plutarchea vita Agesilai congruentia conspicuum est (cf. Plut. Ages. cap. XXXVI); hanc partem vero e Theopompo desumptam esse, ex adiecto auctoris nomine in propatulo est (cf. Mueller, Hist. græc. I, Theop. fragm. 23).

Quia maximam partem Agesilai vitæ Cornelius ex Pseudo-Xenophontis Agesilao desumpsit, Pausania et Plutarcho solum inimiti debemus, si Theopompi vel Ephori vestigia scrutari volumus.

Plutarcheæ vitæ cap. I, merum Plutarcheum esse videtur (cf. cap. XX; cap. I, 2. cap. I, 4).

Cap. II. fortasse Theopompei scribendi generis vestigia præbet, etenim singula orationis partes frequentissime particula καὶ inter se colligantur (φιλονεικίατος γὰρ ὢν καὶ θυμοειδέστατος ἐν τοῖς νέοις, καὶ πάντα πρωτεύειν βουλόμενος καὶ τὸ σφοδρὸν ἔχων καὶ βαγδαῖον ἄμαχον καὶ δυσεξιβάστον), id quod Buenger indicium Theopompei stili esse prædicat; idem arguit verbis compositis conspicua oratio atque

periodorum optima dispositio. In extremo illo capite diserte laudatur Theophrastus, cuius vero narratiuncula a Plutarcho satis libere ac solute assuitur, ita ut Theophrasto totum caput tribuere non liceat.

Cap. III, 1-3. ex diserte ibi laudato Duride Samio desumptum est; contra vero cap. III, 4-7 eundem fontem arguit atque Pausanias et Plut. Lys. 22; eadem fere in omnibus narrationibus Xenophontæ adduntur. Idem proferunt oraculum Plutarchus et Pausanias; eodem modo etiam alia conspirant inter se in eorum narrationibus; in Lysandro Plutarcheo desunt quædam, quæ nobis in hoc capite occurrunt (Ag. 3, 7 ὁ δὲ Ἀγησίλαος — cap. III extr.), sed cur Plutarchus in Lysandro suo hæc omiserit, facillime unus quisque perspiciet.

In cap. IV. initio narratiuncula exstat, cuius auctorem Plutarchus Xenophontem nominat, quæ vero, cum in Hellenicis frustra quærat, ex Pseudo-Xenophontis Agesilao desumpta videtur (Pseud.-Xen. Ag. 6 vel 7, 2). Quæ vero sequuntur, eidem tribui non possunt, sed ipsi Plutarcho adiudicanda sunt.

Cap. V a. Buenger Theopompo tribuitur (p. 57); sed de fonte huius partis nil certi affirmare licet. Eodem iure illa Theophrasto adiudicari possunt, quem Curtius et Buenger illum «ἄνδρα ἱστορικὸν καὶ φιλοσοφικόν» esse dicebant, de quo locutus est Plutarchus Lys. cap. XXV extr. (cf. Buenger Theopompea p. 53, 54; E. Curtius, Griechische Geschichte IIIter Bd. not. 82).

Quæ sequuntur inde ab initio capitis sexti usque ad cap. XIII ἀναφέρεται omnia ex uno auctore desumpta esse ex continuitate argumenti apparet; quippe quæ Xenophonti etiam ad verbum sæpe simillima sunt. Quæ vero de Lysandri consiliis proferuntur, fere eodem modo narrantur in Lysandri et Agesilai vitis et Xenophonti

sunt prorsus aliena; a Pausania vero vix perstringuntur (Paus. 3, 9, 1). Discrepant Pausanias et Plutarchus in enumerandis causis belli; is omnino omisit ea quæ ante bellum gesta sunt; ille vero de Agesilai somnio tacet; de sacrificio autem, quod Agesilaus Dianæ persolvit, miro quodam modo inter se conspirant (Plut. Ag. 6; 7, 8; Paus. 8, 9, 2).

Comparemus etiam cap. VII et cap. VIII quasdam partes cum eis Lysandri capitibus, quæ ad hoc temporis spatium pertinent (Lys. 23, 5, Ag. 7, 3; Lys. 23, 9, Ag. 8, 1; Lys. 23, 11, Ag. 8, 2; Lys. 24, 2 — 24 extr.; Ag. 8, 3). Horum omnium fere nil Xenophon præbet, quæ tamen tanta inter se congruentia præclara, quæ eadem vi, eodem loco posita sunt. Quæ vero etiam ad Xenophontis similitudinem accedunt, iisdem indiciis ab illo recedunt; liceat exemplum apponam:

Plut. Ages. 8, 2.

ἀλλ' ἴσως, ἔφη, ταῦτά σοι  
λέλεχται βέλτιον ἢ ἐμοὶ πέπρακται.

Plut. Lys. 23, 11.

ἀλλ' ἴσως μὲν, ὦ Ἀγησίλαε  
σοὶ λέλεχται μᾶλλον ἢ ἐμοὶ  
πέπρακται.

Xen. 3, 4, 9.

ἴσως οὐ καὶ μᾶλλον εὐλόγα  
ποιεῖς ἢ ἐγὼ ἔπραττον.

Neque ibi corruptela codicum statui potest, immo vero inde apparêt; Plutarchum ab uno atque eodem auctore primario ambobus in vitis profectum esse, qui quidem ipse Xenophon non fuit, sed Xenophontis pedisequus. Quæ sequuntur in ambabus vitis i. e. Lysandri consilia in duas regiâs familias, similiter procedunt; tamen in Lysandri vita omnia locupletius narrantur, quia ipsa res hoc sibi exposcebat. Hac vero continuitate argumenti ei narrationi, quam Plutarchus Ephoream esse prædicat,

alligantur. Quæ sequuntur, neque suturam vel lacunam præbent, Xenophonti autem satis sunt similia (Plut. Ag. 9, 3 = Xen. Hell. 3, 4, 11, 12; Plut. Ag. 9, 4 = Xen. Hell. 3, 4, 15).

Cap. IX quedam a Xenophonte aliena præbet; enarratur, cur Agesilaus tam libenter bello studuerit (Plut. Ag. 9, 2); opponitur Tissaphernis fraudi Agesilai strategema (Plut. Ag. 9, 3); ipse vero comparatur cum Agamemnone, qui viro imbelli equam bonam prætulit; præclarior clarius quam Xenophon narrat Plutarchus, quomodo captivi venditi sint; sed ipsum Plutarchum non proprio Marte Xenophonteam narrationem permutasse, huius rei optimum testem habemus locum quendam Athenæi (Athen. 12, 550, e ex Agath. libro 27. Europ.; cf. Plut. Ag. 9, 6; Xen. Hist. græc. 3, 4, 19.)

Nemo quidem negabit, Plutarchum ad maiorem Agatharchidæ quam Xenophontis similitudinem accedere; ex Agatharchida certe hæc non desumpta sunt, apud quem orationi cuidam Lysandri inseruntur ea quæ in loco supra laudato leguntur. Ceterum nullum exstat indicium, Plutarchum scriptis Agatharchidæ in vitis suis conscribendis usum esse; in ceteris operibus his tantum ab illo diserte laudatur (Quæst. conv. IX, 16; συναγωγὴ ἰστ. παραλλ. ἐλληνικῶν καὶ ῥωμαικῶν, 2, sub voce «Xerxes»). Ipsa Europiaca Plutarcho vix nota esse suspicari licet, etenim de Persicis tantum loquitur. Agatharchidas autem secundo a. Ch. n. sæculo vixit; eius narratio sine ullo dubio Xenophontea non est; hanc ob rem statuendum erit, Plutarchum et Agatharchidam communem habuisse auctorem primarium, qui opus suum post Xenophontis exitum scripsit et Agatharchida anterior vixit.

Cap. X fere totum e Xenophonte et Pseudo-Xenophonte manare videtur (Plut. Ag. 10, 1-4 = Xen. Hell.

3, 4, 20-25; Plut. Ag. 10, 5 = Pseudo Xen. Ag. 4, 6; Plut. Ag. 10, 6-8 = Xen. Hell. 3, 4, 26-29). In § 7. Theopompi diserte laudatur iudicium de Agesilao και μέγιστος μὲν ἦν ὁμολογουμένως και τῶν τότε ζώντων ἐπιφανέστατος ὡς εἶρηκέ που και Θεόπομπος. Haec nullo vinculo cum iis, quae praecedunt vel quae sequuntur, colligantur; tum etiam hoc που και Θεόπομπος ad satietatem demonstrat, ipsam narrationem Theopompo non esse tribuendam, illius vero aliquod dictum ex memoria a Plutarcho laudatum esse. § 8 iudicium de Pisandro affert, eodem loco, quem in Hellenicis occupat (Hell. 3, 4, 29) sed Xenophonte de eodem iudicio parum simile.

Cap. X, 1-4 = Xen. Hell. 4, 1-28; adduntur quaedam ex Pseudo-Xen. Ag. 5; verba Agesilai laconica dialecto referuntur, cum apud Pseudo-Xenophontem atticam dialectum servent.

Cap. XII-cap. XIII, 4 = Xen. Hell. 4, 29-40; accedunt duae narratiunculae ex Hieronymo philosopho haustae.

Cap. XIV, 2, 3 = Pseudo-Xen. Ag. 5, 7, ib. 5, 2; § 4 fortasse Theopompo tribuenda est, si Buengeri sententiam nobis sequi licet.

Cap. XV, 1-3; agitur de consiliis, quae cepisse dicitur Agesilaus, persicum regnum in ipsis eius sedibus aggrediendi; haec omnia Xenophonti sunt aliena, qui ea solum profert: « παρεσκευάζετο γὰρ παρευόμενος ὡς δύνατο ἀνωτάτω ». (Hell. 4, 1, 41.) Quae vero Plutarchus narrat satis Pausaniae (3, 9, 1) sunt similia; apud quem Asiaticarum expeditionum narratio tanta brevitate laborat, ut vix nobis comparationis ansam praebet. Nescio, num fragmentum quoddam Ephori hic inserendum sit (Mueller, Hist. gr. I Ephorus fr. 131) « Ἐρμού πεδίων τόπος πλησίον Κύμης Ἐφορος ὀκτωκαιδέκατη »; legimus autem apud Pausaniam 3, 9, 3 « γενομένης δὲ πρὸς Τισσαφέρην σατραπὴν τῶν

περὶ Ἰωνίαν μάχης ἐν Ἐρμού πεδίῳ. Sed differunt vocis nota ambo scriptores (Ἐρμού, Ἐρμου); tum etiam locus a Pausania memoratus sine dubio non procul a Sardibus abest atque Stephani, qui hoc fragmentum protulit, errorem geographicum suspicari licet. Sed in re tam dubia plane nullum potest ferri iudicium, hanc ob rem sufficiat, statuere fere nil esse in tota illa parte narrationis, quo recedat a Xenophonte Pausanias (Paus. 3, 9, 3 = Xen. Hell. 3, 4, 29; Paus. 3, 9, 4 = Xen. Hell. 3, 4, 25, 26; Paus. 3, 9, 4 = Xen. Hell. 3, 5, 1); differunt ambo inter se, illos viros enumerantes, qui in civitatibus suis Lacedaemoniorum dominationem impugnabant; accedit etiam error, quem iam animadvertit Stedefeldt, vel discrepantia a Xenophonte narratione (« Pausanias Phocenses cum Locris Amphissiis bellum gessisse dicit, cum Xenophon Opuntios nominet. Jam nisi Pausanias urbem diserte commemoraret, cum crederem Locros Ozolos permutasse Opuntios, sed Amphissae nomine ad fontem a Xenophonte diversum nos deligari iubet » p. 45). Apud Xenophontem nil invenitur de Atheniensium legatione ad Thebanos (Paus. 3, 9, 5). Sed ad Plutarchum redeamus Agesilaum.

Cap. XV simillimum est Pausaniae (Plut. Ag. 15 = Paus. 3, 9, 1 και Λακεδαιμονίους — αἰρήσοντας). Paululum differunt in enumerandis causis belli. Reliquae huius capituli partes sine dubio Plutarchae sunt neque est cur in illis commoremur.

Cap. XVI eandem fere narrationem praebet atque Pausanias, qui omnia brevius enarrat (Paus. 3, 9, 6); ambo vero in ultima parte itineris ab Agesilao confecti a Xenophonte (Hell. 4, 3, 9) differunt. Thermopylarum nullam facit mentionem Xenophon; apud Plutarchum autem hoc εἶσω Ἠλωῶν (cf. Diod. 14, 83) auctorem quem-

dam primum arguit, qui cum Xerxis itinere iter ab Agesilao confectum comperet, cuius rei alia exstant specimen in ipso nostro capite (ὅς μὲν οὖν ἄλλοι — δῶρα τῆς διόδου). Cap. XVII quamvis non multum a Xenophontea narratione recedat, tamen aliquas res continet, a Xenophonte alienas. (cf. Xen. 4, 3, 9-15, Plut. 17, 1-2). (cf. Plut. Ag. 17, 3 = Xen. Hell. 4, 3, 9; Plut. Ag. 17, 4 = Xen. Hell. 4, 3, 13.)

Cap. XVIII, 1, 2 = Xen. Hell. 4, 3, 16; Plut. Ag. 18, 3, 4 = Xen. Hell. 4, 3, 17, 18; strenuissime L. Spartani iuvenes circa regem dimicant; exitus pugnae apud Coroneam haud discrepat ab illo quem protulit Xenophon (Hell. 4, 3, 19), res ipsae vero luculentius et accuratius narrantur.

Cap. XIX, 1 a Xenophonte alienum. Plut. Ag. 19, 2 = Hell. 4, 3, 20; adduntur tamen quaedam; templum, quod etiam a Xenophonte (ὑπὸ τῷ νεῷ Xen. Hell. 4, 3, 20) sed nullius numinis nomine adiecto memoratur, Minervae Itoniae dedicatum dicitur; narratur etiam, quomodo ante aedem Baeotii tropaeum statuerint; Plut. Ag. 19, 3, 4 = Xen. Hell. 4, 3, 21, sed non sine additamentis quibusdam (βουλόμενος ἐξελέγξει τοὺς Θηβαίους ὁ Ἀγησίλαος εἰ διαμαχοῦνται; Plut. Ag. 19, 4, πομπὴν ἐπετέλει τῷ θεῷ). In sequentibus Agesilaus floridior ac nitidior sermone laudatur, cuius vero laudationis finis, in Pseudo-Xen. Ag. 8, 7 desinit; sed nunc ad locum accedimus, qui ad indagandos Plutarchei Agesilai fontes maximi est ponderis; quem ipsum liceat apponam. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν ὄνομα τῆς Ἀγησιλάου θυγατρὸς οὐ γέγραφε καὶ ὁ Δικαίαρχος ἐπιστρατήγησεν ὡς μάλιστα τὴν Ἐπαμινώνδου μητέρα γιγνωσκόντων ἡμῶν. Ἡμεῖς δὲ εὖρομεν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς ἀναγραφαῖς ὄνομα ζομένην γυναικῆ μὲν Ἀγησιλάου Κλεόραν, θυγατέρας δ' Εὐπό-

λίαν καὶ Προλύταν. In propatulo est, Plutarchum hoc loco ipsum adisse Xenophontem; cum vero hic nihil apti praeuisset, Anagraphas Laconicas evoluisse et quaesito feliciterque invento nomine non sine exsultanti gaudio haec scripsisse: ἡμεῖς δὲ εὖρομεν κτλ. Igitur sententia Stedefeldti non integra accipienda erit, qui strenuissime demonstrare nititur, Xenophontem ipsum a Plutarcho esse inspectum quidem esse (cf. Sted. p. 40); sed non semel solum laudatur Xenophon in Agesilai vita; igitur illi loci, quibus laudatur, accuratius examinandi erunt.

1) Plut. Ag. 4, 2; praecedit narratio, ut videtur, ex Pseudo-Xen. Ag. 4, 5 desumpta; quae vero sequuntur, non sunt Xenophontea.

2) Plut. Ag. 18, 2. λέγει δὲ τὴν μάχην ὁ Ξενοφῶν ἐκείνην εἶναι οὐκ ἄλλην τῶν πρότερον γενομένων; haec exstant in narratione quam non meram Xenophonteam esse iam demonstravimus.

3) Plut. Ag. 18, 2 simplex Agesilai eiusque filiae victus describitur.

4) Plut. Ag. 19, 7, de quo loco supra iam locuti sumus.

5) Plut. Ag. 29, 2.

6) Plut. Ag. 34, 4. Ἐθούνου δὲ Θεσπιέως ὡς Καλλισθένης φησὶν ὡς δὲ Ξενοφῶν, Κρητὸς τίνος ἐξαγγελαντος τῷ Ἀγησιλάῳ κτλ. tota narratio, et quae praecedit et quae sequitur, non est Xenophontea.

Pseudo-Xen. Ag. 6, 4 vel 7, 2.

Pseudo-Xen. Ag. 2, 9 vel Xen. Hell. 4, 3, 16. Δηγήσομαι δὲ καὶ τὴν μάχην καὶ γὰρ ἐγένετο ὅσαπερ οὐκ ἄλλη τῶν ἐφ' ἡμῶν.

Pseudo-Xen. Ag. 8, 7.

Ib.

Xen. Convivium 1, 1.

Cf. Xen. Hell. 7, 5; 10.

Maiores pars horum locorum ex Pseudo-Xenophontis Agesilao desumpta videtur; semel tantum, ut de illo uno loco Convivii taceam, aliquid ex Xenophontis historia



græca adiecto nomine in vita Agesilai laudatur; Plutarchus illam evoluit, ut eius sententiam de obscuri alicuius viri nomine depromat atque eius auctoritatem Callistheni opponat. Inquirendum est igitur num ea, quæ passim in Plutarcho opere ex Pseudo-Xenophonte deprompta videntur, ab ipso Plutarcho vel ab eius auctore primario inserta sint; quinque sunt loci, ubi hoc fieri suspicari licet (cf. Plut. Ag. 4, 1; Pseudo-Xen. Ag. 4, 5; Plut. Ag. 11, 6-9 = Pseudo-Xen. Ag. 5, 4, 5; Plut. Ag. 14, 2-4; Pseudo-Xen. Ag. 5, 7, ib. 5, 2; Plut. Ag. 16, 5; Pseudo-Xen. Ag. 7, 5; Plut. Ag. 19, 6 — 20, 1; Pseudo-Xen. Ag. 8, 8, ib. 9, 7). Unus tantum (Plut. Ag. 11, 6-9) cum illis, quæ præcedunt vel sequuntur, apte cohærere videtur, atque ille satis a Pseudo-Xenophontis Agesilao recedit; ceteros vero ex tota narratione adimere licet, et ne unam quidem præbebit narratio lacunam; accedit etiam in his locis mira cum Xenophonte similitudo, ita, ut verba etiam eadem in ambobus scriptoribus usurpentur, ut denique nil addatur vel mutetur. Hæc omnia vero toti narrationi assuuntur non in historici, immo vero in biographi modum. Igitur statuendum erit, Plutarchum ex Pseudo-Xenophontis Agesilao quædam protulisse, quæ ad mores viri, cuius vitam enarrabat, spectarent. Igitur sententia Stedefeldti non prorsus vera et accurata est; etenim Pseudo-Xenophon ab ipso Plutarcho laudatus est, qui eum non in historici, immo vero biographi modum usurpavit; rerum scriptor sine dubio interdum sibi indulget, atque in leviculis vitæ alicuius clarissimi viri commoratur, sed nunquam ea medianam in narrationem inserit atque sic rerum gestarum ordinem turbat; hoc enim ei similis est, qui vitam alicuius viri perscribit atque suos oculos in illum tantum vertit, quasi per quem res maxime gerantur.

Reliquum est ut de illis partibus Agesilai quæramus, quæ Xenophontis historiæ græcæ simillima sunt. Eas Ephoreas esse summo iure statuit Stedefeldt atque illius sententia optime confirmatur.

Etenim locus supra ex Agatharchida laudatus (Athen. 12, 550, e) demonstrat communem quendam auctorem adfuisse Plutarcho et Agatharchida, qui, Xenophontis pedisequus, singula permutaret; cum vero Agatharchidas secundo a. Ch. n. sæculo vixerit, illius auctor primarius post Xenophontem, sed ante sæculum alterum a. Ch. n. suum opus scripsit; sed pars Plut. Agesilai, ubi illa de venditis captivis narratiuncula exstat, inde a cap. VI usque ad cap. XII, nullam suturam vel lacunam præbet, Xenophonti vero simillima, additamentis quibusdam ab eo discrepat, quæ rerum gestarum scriptorem arguunt; eiusdem vero auctoris primarii luculenta vestigia iam invenimus in Plut. vitis Lysandri et Agesilai atque in Diod. 14, 19-31, ubi expeditio Cyri minoris narratur. Si Diodoro (14, 22) fidem tribuere possumus, neminem suspicari licet, nisi Ephorum. Nostra sententia duobus confirmatur locis, ubi illum diserte laudatum Xenophontis pedisequum deprehendimus. Primum locum iam protulit Stedefeldt (p. 43) (Athen. 11, p. 500 B; C. Müller, Hist. Græc. 1, Ephorus fragm. 130; cf. Xen. Hell. 3, 1, 8); eiusdem rei indicium præbet Ephori fragm. 143 (Diod. 15,60). Hanc ob rem nemini dubium videri potest, quin Ephorus quoque alibi eundem historiam perscribendi modum adhibuerit. Sententia nostra etiam confirmatur, si Diod. lib. 14 inspicimus; omnia, quæ ab illo (14, 79, 80) proferuntur de Agesilai in Asiam expeditionibus a Plutarcho et Pausaniæ i. e. Ephorea narratione recedunt (Paus. 3, 9, 3-5; Xen.-Hell. 3, 4 ib. 4, 1; Plut. Ag. 7-14). Subito, inde a cap. LXXXI omnia optime cum

ea, quam Ephoream esse scimus, narratione conspirant (Diod. 14, 81, 1, 2, 3 = Paus. 3, 5, 4, 5 = Plut. Lys. 28), discrepant vero a Just. 6, 2. Omnia, quæ sequuntur, Xenophontem ordinem servant (cf. Diod. 14, 82, 83, Xen. 4, 2, 9-15), tamen inseruntur quædam de bello quod Midias, princeps Larissæ cum Lycophrone, Phææorum tyranno, gessit; numeri solum a Diodoro adhibiti recedunt a Xenophonteis. Si nobiscum reputamus, Diodorum ab auctore suo primario, quo magnopere usus erat, sc. Theopompo, in hac parte operis sui derelictum esse, non mirum erit, cum adisse Ephorum; quantum vero ille a Xenophonte pendeat, etiam ex duobus sequentibus capitibus latissime patet (Diod. 14, 84, 1-3 = Xen. Hell. 4, 3, 15-23; Diod. 14, 84, 3 = Xen. Hell. 4, 8, 1-3; Diod. 14, 84, 4-5 = Xen. Hell. 4, 8, 2-10; Diod. 14, 85, 2, 3 = Xen. Hell. 4, 8, 10; Diod. 14, 85, 4 = Xen. Hell. 4, 8, 16). Si omnia hæc indicia colligimus, nemini dubium esse potest quin Ephorus Xenophontis historiam græcam exscripserit atque ipse auctor primarius fuerit Cornelii, Plutarchi, Diodori in illis partibus, quæ magnam cum Xenophonte similitudinem præ se ferunt.

## V.

Alcibiadis vitam a Cornelio Nepote perscriptam optimo felicissimoque iudicio Theopompei cuiusdam excursus translationem esse censuit Stedefeldt (p. 26-30); hæc sententia non ex hariolatione, immo vero ex ipsius opusculi natura ac conformatione nata est neque est cur illam impugnemus; sed, eam cum Plutarchi vita comparantes, etiam magis confirmabimur in nostra sententia.

In Plutarchea Alcibiadis vita semel discrete laudatur Ephorus, (Alc. c. 32), quem vero sæpius suppresso nomine adisse Plutarchum Plut. Alc. c. 7 optime demonstrat, si hoc comparamus cum Diod. 12, 38, 3; illam autem narrationem ex Ephoro esse desumptam ipsius auctoris nomen discrete apud Diodorum laudatum ad satietatem docet. Igitur nobis vix dubium esse videbitur, quin etiam in Plutarchi Alcibiade quædam Ephorea lateant. Perquisitionem igitur a cap. XXVI ordiamur.

Cap. XXVI. 1-2 = Thuc. 8, 49, 52; Plut. Alc. 26, 3 = Thuc. 8, 81, 1. Quæ sequuntur *ὁ δ'ὄχι οἶον — ἔσωσεν* non sunt Thucydidea; idem de proximis (*εἰ γὰρ ἄπαντες — Ἀθηναίων*) statuendum est; consentiunt quæ sequuntur cum Thuc. 8, 82; sed hic omnia brevius enarrat.

Cap. XXVII, 1. Additur, Alcibiadem egregii reditus cupidum hunc sibi comparandum esse statuisse. Plut. Alc. 27, 2, 3 nullam præbet lacunam vel etiam suturam; attamen optime scimus ab hoc temporis spatio ordiri suam historiam et Theopompum et Xenophontem; paucis additis optime commiscetur a Plutarcho vel ab eius auctore primario Thucydidis atque Xenophontis narrationes. Supra iam vidimus, Plutarchum satis negligenter diversas suæ narrationis partes inter se coniungere; quia vero comperit habemus, Ephorum Xenophontis pedisequum esse, ac finis huius capituli 27. Xenophonti simillima est, suspicari licebit, Ephorum in Plutarchea narratione latere.

In capp. XXVIII et XXIX idem statuendum erit (Alc. 28, 1 = Xen. Hell. 1, 1, 10; Alc. 28, 2-8 = Xen. Hell. 1, 11-19; ib. 1, 1, 23; Alc. 29, 1, 2 = Xen. Hell. 1, 2, 15; ib. 1, 2, 6-12; Alc. 29, 4, 5 = Xen. Hell. 1, 2, 16, 17; Alc. 20, 5, 6 = Xen. Hell. 1, 3, 2, 3. Attamen Xenophonticæ narrationi nonnulla adduntur

(c. 29. de Ephesiis τὸ χαλκοῦν ἀνεστάναι τρόπαιον; de Atheniensium exercitu τῇ δ' ὑστεραία στήσας τρόπαιον; ib. ἱερεῖς μέντοι καὶ ἱερεῖας ἔλαβε μὲν ἀλλ' ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων; ib. Χαλκηδονίους δ' ἀφεστῶσι καὶ δεδεγμένοις φρουρὰν καὶ ἄρμωσ- τὴν Λακεδαιμονίων), quæ non ad mores Alcibiadis perti- nent atque magis rerum scriptoris cuiusdam videntur esse additamentum quam biographi; etenim iure mira- remur, si Xenophontæ narrationi hæc addidisset Plu- tarchus.

Cap. XXX, 1, 2. = Xen. Hell. 1, 3, 3-8. Sequitur (Alc. 20, 3-8), narratio a Xenophonte aliena neque ullum inveniri potest suturæ vestigium. Ephorus.

Cap. XXXI. = Xen. Hell. 1, 3, 14-22, non sine quibusdam additamentis (c. g. Alc. 31, 6). Ephorus.

Cap. XXXII initium maiore acerbitate et ingenii acumine quam ea quæ præcedunt nitere neminem fugit; accedit illa « in membris opponendis cura », cuius locupleta exempla et quasi Theopompei stili specimina profert Buenger; unde Theopompum latere in hoc cap. XXXII initio summo iure suspicari licet. Neque tamen Buengero assentire possum in iudicio, quod de Plut. Alc. 32, 2 (Theop. p. 49), protulit (ἃ δὲ Δούρις . . . . προστίθησι τούτοις . . . . ὅτε Θεόπομπος οὐτ' Ἐφορος οὐτε Ξενοφῶν γέ γέγραπεν); etenim ex ordine, quo auctores illi collocantur, nil colligi potest, primum quia non constat, consulto illos Plutarchum sic collocasse, deinde, quia cuiusvis librarii error sententias doctorum virorum subvertere potest. Sufficiat colligere fontes, unde haurire poterat Plutarchus, inseritur Xenophonteum aliquid (vel fortasse Ephoreum), quod Plutarchus Duridis de Alcibia- dis reditu narratiunculis opponit; suturam inesse latissime patet ex illo exillo « ἀλλ' ἐκείνος ». Verbis ἐπεὶ δ' ἀπέβη rursus incipit Theopompea narratio; ingens ac fervida admiratio,

qua prosequuntur Athenienses Alcibiadem, summo nitore stili describitur, ac quo maior sit illius splendor, quasi tristiore colore asperguntur, quæ sequuntur (πολὸν δὲ καὶ τὸ δακρῦον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνελέκρατο καὶ); hæc omnia scriptorem arguunt præclaro ingenio præditum, qui omnia summa cum arte illustrat atque collocat. Subito quodam saltu ex tanta magnificentia in quædam inepte atque misere inserta delabitur Plutarchus, cum initio cap. XXXIII memoret quosdam Critiæ versiculos, e quibus elucet illius opera Alcibiadem in patriam reversum esse. Quam misere hæc inserta sint, ex illis verbis « τότε δὲ » κτλ. satis elucet, quæ non ad initium cap. XXXIII sed ad finem cap. XXXII spectant, quibus vero Theopompea narratio usque ad finem cap. XXXIII progreditur. Omnia vero cum Cornelii Nepotis Alc. cap. VI optime conspirant, a Justino vero vel Pompeio Trogo amplificata sunt; ea satis libere assecutus est Diodorus 13, 68.

Cap. XXXIV eidem Theopompo tribuendum esse de- monstrant idem atque in præcedentibus capitibus color, in rebus depingendis ubertas, similia verborum lumina; ceterum maxime laudatur Alcibiades, cui summas tribuit laudes Theopompus (cf. Diod. 13, 68, Corn. Alc. 1).

Cap. XXXV præbet indicium quoddam Theopompei stili, de quo iam locutus est Suidas (Theop. fragm. ed. C. Mueller. fr. 1; Suidas in σπουδάζω cf. Alc. 35 ὡς οὐ σπουδάζαντος). Quædam fere verbotenus in latinum sermo- nem a Cornelio conversa videntur (cf. Plut. Alc. 35, 3, Corn. Alc. 7, 2). Sed cavendum est, ne inconsultius nonnulla Theopompo tribuamus; etenim ipsum initium cap. XXXV mihi Plutarchæum esse videtur; sed cum de hac re nihil constet vel demonstrari possit, in ea non insis- tendum est. Sequitur ille locus, quem ex comparatione cum Cornelio Theopompeum esse bene scimus; sed apud

latinum scriptorem plane alio loco collocatus est: accusabatur Alcibiades propter «Cymen non captam»; sed in nostro Plutarchi loco hæc: «οὐχ εἶλε τὴν πόλιν» non Cymen sed Andrum designant, atque in aperto est, Plutarchum, ea hunc in locum inseruisse, quæ alibi apud Theopompum legerat. Inde colligi potest, reliquas narrationis partes huic non tribuendas esse; tum etiam ea, quæ sequuntur, Xenophonti sunt similia et hanc ob rem Ephoro tribui possunt. Etenim quæ de pugna navali ad Notium narrantur similiter se habent atque. Plut. Lys. 5; eadem res Xenophontæ narrationi adduntur, attamen accuratius ea omnia perscripsit atque propius ad Xenophontis similitudinem accedit Plutarchus in Alcibiadis quam in Lysandri vita; quomodo vero hoc ἀπὸ ἀργυρολόγων ἐπὶ Κερίας scribere potuerit, bene compertum non habeo. Etenim Lys. cap. V, cum Xenophonte conspirat, qui Alcibiadem Phocæam versus profectum esse narrat. Fortasse Plutarchum decepit fontium diversitas atque rei demonstrandæ studium; nam totum per caput dicit, Alcibiadem idcirco devictum esse, quia pecuniâ atque comæatu egeret, Nullam mentionem huius ad Notium pugnæ fecit Cornelius; Pausanias, ceterum Plutarcho satis similis, prope Colophonem prælium commissum esse narrat.

In cap. XXXVI exstant quedam loco ex Antiphonte ab Athenæo laudato satis similia; attamen diiudicari non potest, utrum Ephorus an Plutarchus hæc inseruerit. Ex eodem fonte atque Plut. Lys. capp. X et XI sine dubio desumpta sunt ea quæ in Alcibiadis capp. XXXVI et XXXVII inde a verbis «ἐπεὶ δ' οἱ περὶ Τυδέα καὶ Μένανδρον» usque ad «τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν» leguntur. Xenophonti sunt similia (Hell. 2, 1, 25) atque optimo iure Ephorum auctorem primarium esse suspicari licet.

Cap. XXXVII extr. inde a verbis ἐκ δὲ τούτου φοβηθεὶς ὁ Ἀλκιβιάδης Theopompeum esse cum Frickio atque Buengero (p. 51) censeo; ex eodem fonte proficiscitur Corn. Alc. 9, sed geographico errore laborat atque paullo aliter res enarrat; etenim his verbis «penitus in Thraciam supra Propontidem» non Bithyniam (cf. Plut. Alc. 37 εἰς Βιθυνίαν μετέστη) immo vero ipsam Thraciam designat, id quod etiam e sequentibus elucet, «ad Pharnabazum in Asiam transiit». Credo equidem, Cornelium rei geographiæ satis studiosum, sed eundem illius satis imperitum, cum solam, quam nos nominamus, Thraciam notam haberet, paullo Theopompeam narrationem permittasse ac pro Thracibus Bithynis Europæ accolis Thracas apposuisse. Etenim ea quæ in ambobus scriptoribus sequuntur, sicut ea quæ præcedunt tam certa inter se similitudinis indicia præ se ferunt, ut non dubium esse potest, quin uterque eundem fontem adierit.

Cap. XXXVIII itidem ex Theopompo haustum est; etenim optime ad illa quadrat, quæ ab eo de morte Alcibiadis proferuntur; tum etiam optime inter se conspirant Cornelius atque Plutarchus. Nescio utrum Alcibiadis somnium aliunde desumptum hic inseruerit Plutarchus an illud integrum in Theopompi opere invenerit; etenim apud Cornelium omnino desideratur (cf. et. Val. Max. 1, 7, 9).

Unde ea omnia exorta sint, quæ Plut. Alc. 39, 8 exstant, ubi de Alcibiadis mortis agitur, non liquet. Sine dubio Theopompea non sunt; eorum vero auctor et Theopompos et Ephoro tempore inferior et ea, quæ ab illo proferuntur, ficta sunt et omni adminiculo carent.

Omnia, quæ ab Ephoro Xenophonti addita esse ostendimus, facillime quidem ex eodem fonte atque Diodorus manare poterant. Sed si hæc omnia cum Diodoro comparas, statim compertum habebis plerumque aliam Plutarcho, alium vero Diodoro fuisse fontem; sed si Diodorum (13, 64-14, 80) cum Xenophonte comparas, miram inter ambos auctores dissimilitudinem animadvertes.

Quæ in Plut. Alc. 27, quo capite præsertim altera ad Cynossema pugna narratur, Xenophonti I, 1, 5-7 adduntur, non conspirant cum Diod. 13, 45, 46. De Alcibiadis itinere ad Tissaphernem nil profert Diodorus; differunt inter se Plut. Alc. 28 atque Diod. 13, 50, Plut. Alc. 29 atque Diod. 13, 64, 1-4, Plut. Alc. 30 in. et Diod. 13, 66, 1-2. Consentiant vero inter se Diodorus (13, 68, 2-69, 3), Plutarchus (Alc. 32, 33), Cornelius (Alc. 6) Justinus (5, 7, 1-7), quorum unus quisque ex Theopompea narratione ea sumpsit vel amplificavit, quæ maxime arriderent; de causis exsili Alcibiadis consentiant Diodorus (13, 73, 74), Cornelius (Alc. 7, 1, 2) Justinus (5, 5); fere eodem modo narratur pugna ad Aegos flumen a Diodoro (13, 75, 76, 7) atque Cornelio. Quæ vero de Athenarum expugnatione proferuntur, hæc omnia iam Stedefeldt examinavit et longo excursu (de Plut. Lys. font. p. 1-36) duas adesse relationes statuit, quarum una oratoribus Atticis similior, altera vero propius ad Xenophonteam narrationem accedit, quarum una Theopompea, altera vero Ephorea est; huius partem refert Pausanias (3, 8, 3), illam Diodorus (13, 107; 14, 3) et Justinus (5, 8, 1-6), duas vero commiscet Plutarchus (Lys. 13-16).

Diodorus multo brevius res enarrat, quæ inde ab expugnatione Athenarum usque ad Cnidianam pugnam a Græcis gestæ sunt; etenim hæc ab eo quatuordecim tantum capitibus pertractantur.

(Cf. Diod. 14, 39, 1 = Just. 6, 1, 7-9; Diod. 14, 39, 3 = Just. 6, 3, 4-6). Hæc vero Theopompea, non Ephorea esse satis aperte patet ex iudicio, quod Justinus de Pisandro profert (cf. Just. 6, 3, 8; Plut. Ag. 10 extr.) Attamen duobus in locis diversa proferunt Justinus et Diodorus.

Just. 6, 21.

His cognitis Lacedæmonii et ipsi a rege Aegypti Hercynione auxilia navalis belli per legatos petunt; a quo centum triremes et sexcenta milia modium missa.

Diod. 14, 79, 4.

Τούτων δὲ πραττομένων Λακεδαιμόνιοι μὲν πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Νεφρῆα τὸν Ἀιγύπτου βασιλέα περὶ συμμαχίας. ὅς ἀντὶ τῆς βοήθειας σκευὴν τοῖς Σπαρτιάταις ἑκατὸν τριήρεις, σίτου δὲ μυριάδας πεντήκοντα.

Corruptela quadam Nephereus (et hoc verum quidem est nomen, quod saepe in hieroglyphicis inscriptionibus occurrit cf. Muelles, Hist. græc. I, 597) in Hercynionem mutatus est neque mirum est ex illis quingentis milibus modiorum sexcenta milia facta esse; huiusmodi numerorum corruptelæ (præcipue, cum leve inter illorum scripturas sit discrimen, sicut in hoc loco, Ξ et Ν.) sæpissime in eiusdem scriptoris codicibus exstant.

Alius autem superest locus, qui fortasse sententiam nostram impugnare potest; etenim initio libri sexti Justinus de induciis quibusdam loquitur, quas Dercyllidas cum Tissapherne iniit, quarum vero nullam mentionem fecit Diodorus.

Quæ vero præcedunt, omnia Justino simillima sunt (Diod. 14, 32, 33; Just. 5, 9); etenim eodem modo Thrasybuli ad recuperandum Athenarum libertatem res gestæ enarrantur; parum quoque differunt inter se hæc in re Diodorus et Plutarchus (cf. Plut. Lys. 21, Diod. 33, 6). Pausaniæ narratio nimia brevitate laborat, ut

certum de illa iudicium enuntiari possit; fortasse, quia Xenophonti simillima est, ex eodem fonte fluxit ac Cornelii Thrasybulus qui satis presse Xenophonteis vestigiis instat (Corn. Thras. 2, 1 = Xen. Hell. 2, 4, 2; LXXX socios Thrasybuli fuisse narrat Xenophon, XXX tantum Plutarchus; errore quodam librarii literam L excidisse credo; Corn. Thras. 2, 5 = Xen. Hell. 2, 4, 10-11; Corn. Thras. 2, 6 = Xen. Hell. 2, 4, 19; Corn. Thras. 3, 1 = Xen. Hell. 2, 4, 38; Corn. Thras. 3, 2 = Xen. Hell. 2, 4, 40-43). Finis huius vitæ, ubi mors Thrasybuli narratur optime conspirat cum Diod. 14, 99, 4, ubi Ephorum a Diodoro exscribi iam supra monuimus (cf. Xen. Hell. 4, 8, 25-30).

Theopompo adiudicandum est Diod. 14, 17, quo primum bellum Eleum narratur, sed plane diverso modo atque apud Paus. 3, 8, 2 (cf. Xen. Hell. 3, 2, 23-31) cuius narratio, Xenophontæ simillima, summo iure Ephoro tribui potest.

De Diod. 14, 34 fonte fortasse satis magna habemus indicia. Etenim, si Pausaniam cum Diodoro comparamus in amborum de rebus Messeniæ narrationibus, primo obtutu miram quandam congruentiam inter illas animadvertemus (cf. Paus. 4, 24, 6 = Diod. 11, 64, 2-3; Paus. 4, 24, 7 = Diod. 11, 84, 7; Paus. 4, 26, 1 = Diod. 12, 63, 5; Paus. 4, 26, 4, 5 = Diod. 15, 66, 1; Paus. 4, 27, 6 = Diod. 15, 66, 1), inde communem ambobus auctorem suspicari licet, qui tot annorum seriem continua narratione pertractaverit, quem vero Ephorum fuisse ex tota eius operis conformatione verisimile est. In hac parte tantum rerum Messeniæ discedit a Pausania (Paus. 4, 26, 2, 3) Diodorus; hanc ob rem fere certum esse videtur, Diodorum fontem, quem adire solebat, deseruisse, ut Theopompum sequeretur.

Sed nunc examinandum erit, quibus fontibus usus sit Diod. 13, 37-47. Primo obtutu hæc capita inter se coherere et eadem manu profluxisse videntur; etenim ad singulas alias partes singule huius narrationis respiciunt

(cf. Diod. 13, 47, 1; Diod. 13, 40, 6; cf. Diod. 13, 45, 1; Diod. 13, 38, 5); quibusdam in rebus narrandi ratio constantem se præbet (Diod. 13, 40, 4; Diod. 13, 46, 2; cf. Diod. 13, 40, 5, ib. 13, 47, 1; cf. ib. 13, 41, 1 ib. 13, 47, 2; cf. ib. 13, 45, 9, ib. 13, 40, 2) vel in eodem errore versatur Diodorus, dum res a Tissapherne gestas Pharnabago tribuit. E Thucydide multa desumpsit huius partis scriptor (Diod. 13, 37, 1 = Thuc. 8, 96, 1; Thuc. 8, 101-104 = Diod. 39; Thuc. 8, 106, 4 = Diod. 13, 40; Thuc. 8, 108 = 13, 42, 1-3), ita tamen eius narratione utitur, ut interdum in numeris computandis ab eo recedat (cf. Diod. 13, 39, 3; Thuc. 8, 104 Diodorus LXXXVIII, contra vero Thucydides LXXXVI fuisse naves Lacedæmoniorum in prima ad Cynossema pugna, quarum tres secundum Diodorum, duo vero secundum Thucydidem ab Atheniensibus capiuntur; cum LXXIII, secundum Diod. 13, 38, 5, cum LXXXIII, navibus, si Thucydidi (8, 99) credimus, Mindarus in Hellespontum traiecit; in eum Athenienses LX navibus invehuntur Diod. 38, 6, dum LV tantum naves memorat Thucydides 8, 99) vel nonnulla addat (cf. primam ad Cynossema pugnam navalem secundum Diodorum atque Thucydidem enarratam). Sed in disponendis singulis eventibus differunt inter se Diodorus atque Thucydides (e. g. pugna navalis ad Æropum non tempore suo narratur (cf. Thuc. 95), immo vero ante eversam quadringentorum dominationem collocatur; post eversos quadringentos Thrasybulum et Thrasyllum duces creatos esse dicit Diodorus, hac in re discrepans a Thuc. 8, 74, 75, qui hanc rem antea evenisse profert).

Nunc autem, his omnibus perlustratis, inquirendum erit, cui tota hæc pars Diodorei operis tribuenda sit; semel quidem diserte laudatur Ephorus, cum de duodecim illis classiariis agitur, qui soli e tempestate ad montem Atho superfuerunt ac monumentum in Coronæo templo erexerunt; sed nobis non licet, loco illo inniti atque ea omnia, quæ præcedunt vel sequuntur, Ephoro tribuere;

etenim alia exstant, quæ Theopompæ sententiæ simillima sunt; bis (13, 37, 1-3, ib. 13, 38, 1, 2) subsistit in narratione sua Diodorus atque, quæ antea et postea evenerunt, perlustrans, Alcibiadem Theramenemque summis laudibus afficit; etenim qui semel ea cum Diod. 13, 68 atque cum Corn. Alcib. c. 3-5 comparaverit, primo obtutu animadvertet, Diodorum hac in re Theopompum secutum esse; cum vero singularum rerum ordo turbatus sit, sicut iam vidimus, atque res a Tissapherne gestæ Pharnabazo tribuantur, id quod neque a Theopompo neque ab Ephoro fieri poterat, verisimile videtur, Diodorum ex duobus fontibus sumentem eos ita consarcinavisse, ut sutura quidem non appareat, nemo vero dubitet, quin ea adsit. Si duæ pugnæ navales ad Cynossema Theopompæ sunt, capp. LXXVI-LXXIX, capp. LXXXVII-CIV ex eodem auctore desumpta esse videntur (cf. Diod. 13, 77, 6, ib. 46, 3; Diod. 13, 77, 6, ib. 45, 8; Diod. 13, 99, 1, ib. 46, 2), id quod etiam e capp. LXXXVIII, 3 et CI elucet, ubi de Theramene loquitur Diodorus.

Ad finem nostræ perquisitionis iam pervenimus atque quid Ephoro, quid Theopompo adiudicandum sit statuere conati sumus. Theopompi sententia satis in aperto est; Ephorum vero Xenophontis pedisequum fuisse, nemini dubium videbitur; num alios quoque fontes, adierit qua vero ratione suum opus composuerit, amplius inquirendum erit, ne nobis diutius lateat sententia auctoris illius gravissimi, quem iam veteres præstantissimum esse prædicaverunt, cuius vero vestigia tam multorum scriptores secuti sunt.

# ÜBER DIE CONSTITUTION

ISOMERER

## NITRO- U. BROMMESITYLENSÄUREN.

INAUGURAL-DISSERTATION

DER

MATHEMATISCHEN U. NATURWISSENSCHAFTLICHEN FACULTÄT

DER

KAISER WILHELMS UNIVERSITÄT STRASSBURG

ZUR ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

VORGELEGT VON

HUB. J. SCHMITZ.

STRASSBURG,

BUCHDRUCKEREI VON R. SCHULTZ & COMP.

(BERGER-LEVRAULT's Nachf.).

1877.